

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo CXII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)



uita uestra. tunc & uos apparebitis cum illo in gloria; Tunc apparebimus  
 quod tunc erimus, quia tunc apparebit non inaniter nos id credidisse. ac  
 sperasse; antequam essemus facia hoc cui filius cū dixisset ut uideant clari  
 tatem meam quam dedisti mihi. continuo subiunxit. quia dilexisti me  
 ante constitutionem mundi. In illo enim dilexisti nos ante constitutionē  
 mundi & tunc praedestinasti quod in fine facturum est mundi; pater in  
 quit iuste & mundus te non cognouit; quia iustus es ideo te non cognouit;  
 mundus quippe ille damnationi praedestinatus merito non cognouit;  
 mundus uero quem per xpm reconciliauit sibi non merito sed gratia cog  
 nouit; quid est enim eum cognoscere; nisi uita aeterna quam mundo  
 damnato utiq. non dedit. reconcilito dedit; propterea utiq. mundus nō  
 cognouit. quia iustus es & meritis eius ut non cognosceret tribuisti; & prop  
 terea mundus reconcilitus cognouit. quia misericors es. & ut cognosceret  
 non ei merito. sed gratia subuenisti. Deniq. sequitur; ego autem te cogno  
 ui; ipse fons gratiae est dñi natura. homo autem de spu scō & uirgine ineffa  
 bili gratia; deniq. propter ipsum qui gratia dī per ihm xpm est dñm  
 nostrum. & hi cognouerunt inquit. quia tunc misisti; ipse est mundus  
 reconciliatus. sed quia tunc misisti. ideo cognouerunt; ergo gratia cog  
 nouerunt; & notum feci eis inquit nomen tuum. & notum faciam; notū  
 feci per fidem. notum faciam per speciem; notum feci cum sine peregrini  
 tantibus. notum faciam sine fine regnantibus; Ut dilectio inquit quam  
 dilexisti me in ipsis sit. & ego in ipsis; Non est usitata loquutio. dilectio quā  
 dilexisti me in ipsis sit. & ego in ipsis; usitate quippe diceretur. dilectio quā  
 dilexisti me; De greco quidem ista translata est. sed sunt similes & latine  
 sicut dicimus. fidelem seruitatem seruiuit. strenuam militiam militauit.  
 cum dici debuisse uideatur. fidelem seruitate seruiuit. strenua militia mili  
 tauit; qualis autem ista loquutio est. Dilectio quam dilexisti me. tali &  
 apostolus usus est. bonum certamen certauit; non ac bono certamine.  
 quod usitatus & tamquam rectius diceretur; quomodo autem dilectio  
 qua dilexit pater filium. est & in nobis nisi quia membra eius sumus & in  
 illo diligimur cum ipse diligitur totus. id est caput & corpus. ideo subiun  
 xit; & ego in ipsis. tamquam diceret. quoniam ego sum & in ipsis; Alter enim est  
 in nobis tamquam in templo suo. Alter autem quia & nos ipse sumus. cum  
 secundum id quod ut caput nostrum esset & homo factus est. corpus eius  
 sumus; finita est saluatoris oratio. Incipit passio; ergo & iste sermo fini  
 atur. ut de passione quod ipse donauerit. alius sermonibus disputetur.

**INCIPIT SERMO CXII DE EO QUOD DICIT. HÆC CUM**



**DIXISSET IHS EGRESSUS EST CUM DISCIPULIS SUIS  
TRANS TORRENTIEM CEDRON USQ. AD ET MINISTRI  
IUDAEORUM COMPREHENDERUNT IHS ET LIGAE-  
RUNT EUM.**

**T**erminato magno prolixoq. sermone quem post cenam dñs fun-  
dendo pro nobis proximus sanguini ad discipulos habuit qui cum  
illo tunc erant. adiuncta oratione quam direxit ad patrem. dein-  
ceps eius passionem iohannes euangelista sic orsus est. Haec cum dixisset  
ihs. egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron ubi erat ortus  
in quem introit ipse & discipuli eius; sciebat autem & iudas qui tradebat  
eum locum. quia frequenter ihs conuenerat illuc cum discipulis suis.  
hoc quod narrat ingressum dñm cum discipulis suis in ortum non conti-  
nuo factum est cum eius illa finita esset oratio. de cuius uerbis ait haec cū  
dixisset ihs. sed alia quaedam sunt interposita quae ab isto praetermissa  
apud alios euangelistas leguntur; sicut apud hunc inueniuntur multa  
quae illi similiter in sua narratione tacuerunt; quomodo autē inter se  
omnes conueniant. nec ueritati quae per alium promittitur. ab alio repugne-  
tur. quisquis nosse desiderat. non in his sermonibus sed in uis laboriosis  
litteris quaerat. nec stando & audiendo sed potius sedendo & legendo uel  
legenti aurem mentemq. intentissimam praebendo illa condiscat; credat  
tamen antequam sciat. siue id & iam scire in hac uita possit. siue per aliquam  
pedimenta non possit. nihil ab aliquo euangelista esse conscriptum. quātū  
ad hos atq. quos in auctoritatem canonicam recepit ecclesia. quod uel ip-  
sius uel alterius non minus ueracinae narrationi possit esse contrarium; non  
itaq. huius beati iohannis narrationem ut suscepimus tractandam. sine alio-  
rum comparatione uideamus. in eis quae manifesta sunt non in morantes  
ut hoc ubi opus est causa poscente faciamus; non ergo sic accipiamus quod  
ait haec cum dixisset ihs. egressus est cum discipulis suis trans torrentem  
cedron ubi erat hortus in quem introit ipse & discipuli eius. tamquam con-  
tinuo post illa uerba in illum hortum fuerit ingressus. sed ad hoc ualeat qd  
dictum est. haec cum dixisset ihs. ut non eum ante opinemur ingressum.  
quam illa uerba finire. sciebat inquit & iudas qui tradebat eum locum;  
ordo uerborum est. sciebat locum qui tradebat eum. quia frequenter  
inquit ihs conuenerat illuc cum discipulis suis; ibi ergo lupus ouina pelle  
confectus & inter oues alto patris familias consilio toleratur; didicit ubi  
ad tempus exiguum dispergeret gregem. insidias appendendo pastorem.  
Judas ergo inquit cum accepisset cohortem & principibus & pharisaeis



ministros. uenit illuc cum lanternis & facibus & armis; cohort non iu-  
 daeorum sed militum fuit; a praeside itaq. intellegatur accepta. tanquam  
 ad tenendum reum seruito ordine legitime potestatis. ut nullus tenen-  
 tibus auderet obsistere. quamquam & manus tanta fuerat congregata &  
 sic armata ueniebat ut uel terreret uel & iam repugnet. si quisquam xpm  
 defendere auderet; ita quippe eius abscondebatur potestas & obtende-  
 tur infirmitas. ut haec inimicis necessaria uiderentur aduersus eum inque  
 nihil ualuisse nisi quod ipse uoluisse. bene utens bonus malis & faciens bonis  
 de malis. ad faciendos bonos ex malis & discernendo a malis. Ihs itaq. sicut  
 euangelista sequitur adiungit. sciens omnia quae uentura erant super  
 eum. processit & dicit eis; quid quaeritis? responderunt ei ihm nazarenum.  
 Dicit eis ihs; ego sum. Stabat autem & iudas qui tradebat eum cum ipsis;  
 ut ergo dixit eis; ego sum; abierunt r & rorsum & ceciderunt in terram;  
 ubi nunc militum cohort & ministri principum ac pharisaeorum. ubi ter-  
 ror & unimen armorum. nempe una uox dicentis ego sum. tantam tur-  
 bam odii ferocem armisq. terribilem sine telo ullo percussit. reppulit.  
 strauit; Os enim latebat in carne & sempiternus dies ita membris occulta-  
 batur humanis. ut lanternis & facibus quaeretur occidendus a tenebris;  
 Ego sum dicit. & impios deicit; quid iudicaturus faciat. qui iudicandus hoc  
 fecit. quid regnaturus poterit. qui morturus hoc potuit. & nunc ubiq.  
 per euangelium. ego sum dicit xps & iudaeis expectatur antichristus.  
 ut r & r redeant & in terram cadant. qm deserentes caelestia. terrena  
 desiderant. certe ad comprehendendum ihm persecutores cum traditore  
 uenerunt. quem quaerebant inuenerunt. audierunt ego sum; quare non  
 comprehenderunt. sed abierunt r & r & ceciderunt. nisi quia hoc uoluit  
 qui potuit quid quid uoluit. uerum si nunquam se ab eis permittere ad-  
 prehendi. non quidem illi facerent propter quod uenerant. sed nec ip-  
 se faceret propter quod uenerat; eum quippe illi occidendum quaere-  
 bant se uiuendo. sed quaerebat nos & ipse moriendo; proinde quia tenere  
 uolentibus nec ualentibus ostendit potestatem suam. iam teneant eum  
 ut faciant de uolentibus uoluntatem suam. Iterum ergo eos interroga-  
 uit; quid quaeritis. illi autem dixerunt; ihm nazarenum. Respondit ihs;  
 dixi uobis; quia ego sum. Si ergo me quaeritis; sinite hos abire; ut imple-  
 tur sermo quem dixit. quia quos dedisti mihi non perdidit ex his que  
 quam. Si me inquit quaeritis; sinite hos abire; inimicos uide & hoc faciunt  
 quod iubet; sinunt eos abire quos non uult perire; numquid autem non  
 erant postea morturi. Cur autem situnc moterentur. perderet eos.



nisi quia nondum in eum sic credabant. quomodo credunt quicumque non  
petunt. Si mon ergo petrus habens gladium eduxit eum & percussit ser-  
uum principis & abscidit eius auriculam dextram, erat autem nomen ser-  
ui malchus; solus hic euangelista & iam nomen serui huius expressit.  
sicut lucas solus quod eius auriculam dñs t̄xigerit & sanauerit eum; mal-  
chus autem interpretatur regnaturus; quid ergo auris pro dño amputa-  
ta & ad dño sanata significat nisi auditum amputata uel uitate renouatum,  
ut sit in nouitate sp̄s & non in uelitate litte. quod cui praestitum fuerit  
a xp̄o. quis dubitet regnaturum esse cum xp̄o. quod autem seruus inuentus  
est & hoc ad illam pertinet uel uitatem quae inseruitutem generat quod est  
agar. sed cum accessit sanitas. figurata est & libertas; factum tamen petri  
dñs improbauit & progredi ultra prohibuit dicens; mitte gladium in ua-  
ginam; calicem quem dedit mihi pater. non bibam illum. In suo quippe facto  
ille discipulus magistrum defendere uoluit. non quod significandum est  
cogitauit, & ille igitur ad patientiam com monendus fuit. & hoc ad in-  
tellegentiam conscribendum; quod autem a patre sibi dicit datum calicē  
passionis. profecto illud est quod ait apostolus. si dñs pro nobis. quis contra  
nos. qui filio proprio non pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit eum;  
uerum auctor calicis huius est & iam ipse qui bibit; unde idem apostolus  
item dicit. xp̄s dilexit nos & tradidit se ipsum pro nobis oblationem & hos-  
tiam dō in odorem suauitatis. Cohors autem & tribunus & ministri iudeo-  
rum comprehenderunt ihm̄ & ligauerunt eum; comprehenderunt ad  
quem non accesserunt. qm̄ dies ille. illi uero tenebris permanserunt.  
nec audierunt. accedite ad eum & in luminamini; si enim sic accederent.  
non eum manibus occidendum sed recipiendum corde comprehenderent.  
Nunc autem quando eum illo modo comprehenderunt. tunc ab eo longius  
recesserunt & ligauerunt eum. a quo solui potius uelle debuerunt. & erant  
fortassis in eis qui tunc imposuerunt xp̄o uincula sua. atq. ab eo postea li-  
berati dixerunt. dirupisti uincula mea; haec hodie satis sint. tractabun-  
tur dō uolente sermone alio quae sequuntur.

**INCIPIT SERMO CXIII DE EO QUOD DICIT. ET ADDUXE-  
RUNT EUM AD ANNUM PRIMUM. USQ. AD ITERUM ERGO  
NEQAUIT PETRUS ET STATIM CALLUS CANTAUIT.**

**P**ostea quam persequutores tradente iuda comprehensū  
dñm ligauerunt qui nos dilexit & tradidit semetipsum pro nobis  
& cui pater non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum. ut intelle-  
gatur iudas non laudabilis utilitate traditionis huius sed sceleris uoluntate.